MONUMENTA
GERMANIAE

Petrum de Tarantasia ordinis Predicatorum archie-
piscopum Lugdunensem[a]. MCCLXXIIII pro utili-
tate terre sancte, quam intendebat personaliter
visitare Lugd[uni] sollempne celebravit concilium,
in quo Grecorum et Thartarorum celebres interfu-
ere nuncii, hoc[b] procurante Palialogo imperatore
Grecorum. Ibi Greci sollempniter et alta voce
cantaverunt de spiritu sancto qui ex patre filio-
que procedit. Nuncii autem Thartarorum in con-
cilio baptizati ad propria redierunt. Ibi multa
utilia statuta sunt pro subsidio terre sancte,
pro electione pape et pro statu utilitatis ecclesie.
Fuit hic papa vir mire experientie in secuları-
bus negociis, non intendebat pecuniarum lucris,
sed pauperum elemosinis. Fuerunt[c] autem in
concilio episcopi V, abbates LXX et alii prelati
circa m. Tunc cassatorum cassatus est[d]. Hic
papa religiosos multum dilexit. Aretii mortuus
est.

III pars de vita beate Clare[e]

B[f]eata Clara canonizata est MCCLVII. Hec
videns se positam sacre religionis privilegiatum
fundamentum cunctis sibi succidentibus[g] mo-
que regimini subditis tamquam reputatione
vilior et cultu despectior[h] voluit apparere.
Nam et regimen sororum vix etiam per obedi-

a) lugd' C.

b) h' C.

c c 2. T. durch Loch (von Würmern) zerstört.

c) Fuint

d) ?

e) Die Überschrift ~~rot~~ glänzend rot.

f) das B matt rot (~~...~~) von anderer Farbe als die Überschr. am Rande l. ein kleines b schwarz.

g) succidētibz C

h) despeff . . ior C.